

296 Credo in unum Deum,
**Patrem omnipotentem, factorem cæli et terræ,
visibilium omnium et invisibilium.**
Et in unum Dóminum Iesum Christum,
Fílium Dei unigénitum,
et ex Patre natum ante ómnia saécula.
Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero,
**génitum, non factum, consubstantiálem Patri:
per quem ómnia facta sunt.**
Qui propter nos hómines et propter nostram salutem
descéndit de cælis.
**Et incarnátus est de Spíritu Sancto
ex María Vírgine, et homo factus est.**
Crucifíxus étiam pro nobis sub Póntio Piláto;
passus et sepúltus est,
et resurrexit tértia die, secúndum Scriptúras,
et ascéndit in cælum, sedet ad dexteram Patris.
**Et íterum ventúrus est cum glória, iudicáre vivos et mórtuos,
cuius regni non erit finis.**
Et in Spíritum Sanctum, Dóminum et vivificántem,
qui ex Patre Filióque procedit.
**Qui cum Patre et Fílio simul adorátur et conglorificátur:
qui locútus est per prophétas.**
Et unam, sanctam, cathólicam et apostólicam Ecclésiám.
Confíteor unum baptísma in remissionem peccatórum.
Et exspécito resurrectionem mortuórum,
et vitam ventúri saéculi. Amen.